

,, le, Romanam sanctionem ab Urbe condita usque ad
 ,, nostri Imperii tempora, quæ pæne in mille & qua-
 ,, dringentos annos concurrunt, intestinis præliis vacil-
 ,, lantem, hocque & in Imperiales constitutiones exten-
 ,, dentem, in unam reducere consonantiam, ut nihil
 ,, neque contrarium, neque idem, neque simile in ea
 ,, inveniatur, & ne geminæ leges pro rebus singulis po-
 ,, sitæ usquam appareant. Namque hoc cælestis quidem
 ,, providentiæ peculiare fuit; humanæ vero imbecilli-
 ,, tati nullo modo possibile. *Id porro factum ait, Deo*
 ,, *favente*, per virum excelsum, necnon prudentissimum
 ,, magistrum exquæstore & exconsule *Tribonianum*, qui
 ,, similiter eloquentiæ & legum scientiæ artibus decora-
 ,, tus, & in ipsis rerum experimentis emicuit, nihilque
 ,, majus aut carius nostris unquam jussionibus duxit; nec-
 ,, non per alios viros magnificos & studiosissimos, idest,
 ,, *Constantinum*, virum illustrem, comitem sacrarum lar-
 ,, gitionum & magistrum scrinii libellorum sacrarumque
 ,, cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione &
 ,, gloria sese commendavit: necnon *Theophilum* virum
 ,, illustrem, magistrum jurisque peritum, in hac splen-
 ,, didissima civitate laudabiliter optimam Legum guber-
 ,, nationem extendentem: & *Dorotheum* virum illustrem
 ,, & facundissimum quæstorium, quem in Berytensium
 ,, splendidissima civitate leges discipulis tradentem, prop-
 ,, ter ejus optimam opinionem ad nos deduximus, par-
 ,, ticipemque hujus operis fecimus: sed & *Anatolium*,
 ,, virum illustrem magistrum, qui & ipse apud Berytien-
 ,, ses Juris interpret constitutus, ad hoc opus allectus est,
 ,, vir ab antiqua stirpe Legum peritia procedens, quum
 ,, & pater ejus *Leontius*, & avus *Eudoxius*, qui post *Pa-*
 ,, *triticium* inclytæ recordationis quæstorium & Antecesso-
 ,, *forem*, & *Leontium* virum gloriosissimum præfectorium
 ,, consulare, atque *Patricium* filium ejus, optimam
 ,, sui memoriam in Legibus reliquerunt: qui omnes ad
 ,, prædictum opus electi sunt, unacum *Stephano*, *Men-*
 ,, *na*, *Prosidio*, *Eutolmio*, *Timotheo*, *Leonide*, *Leon-*
 ,, *tio*, *Platone*, *Jacobo*, *Constantino*, *Johanne*, Viris
 ,, pru-